

DE REB. METALL.

pti in Norico sunt multi, quod ferrū  
scriptis veterum celebratū est. In Hi-  
spania ponuntur à Martiale Bilbilis,  
Turafsio, Salo: à Iustino, Chalybs: ab  
alijs, Iberus, à quo Iberæ loricae, pro  
firmis apud Horatium. In Italia  
is, qui Comum præterfluit: & Lam-  
brus, qui Mediolanum, de quo Ianus  
Pannonius,

*Nec nisi duratum Lambro thoraca vo-  
lebam.*

In hoc oppido ferrum, quod Albi  
tingitur, minùs bonū est, quàm quod  
torrente Trebisa. Non ignoravit hoc  
poëta doctissimus, qui in 12. de gla-  
dio Turni loquens, tincturam com-  
mendat:

*Ensis quem Dauno ignipotens Deus ipse  
parenti*

*Fecerat, & Stygia candentem tinxerat  
vnda.*

Idem cū heroum cæterorum ar-  
ma scribat ærea fuisse, de armis Aeneæ  
inquit,

*Quod*